

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fortitudo c  
cum uariis

Non mediocris animi est fortitudo, que sola defendit ornamenta uirtutum omnium, et iusticiam custodit, et que inexpibili prelio aduersus omnia uicia decertat, inuita ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus uoluptates, ut auariciam fugiat tanquam labem quandam que uirtutem effeminat.

Ambrosius libro I. de officiis.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

uirtutum] uirtututum (*cor. infra*) B; et *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; decertat] desertat B C; auariciam] auaricia P V<sup>1</sup>